

# RELECTIO

Sacra, Theologica Pœnitentialis

- OO - DISPOSITA - OO -

A LICENTIATO THEOLOGO PETRO GVTHIE-  
rez Rengel Gravissimæ Valli soletanz Ecclesiæ Canonico.

- OO - LECTA - OO -

IN MAGNIFICO ANGELOPOLITANO CATHEDRA.  
Is Ecclesiæ Templo

- OO - DICTA - OO -

In conspectu Doctorum Theologorum,  
IVRISQVE PERITORVM, PROPÆNITENTIÆ  
Canonicatu.

- OO - DICATA - OO -

Eiusdem Ecclesiæ Angelicæ Illustrissimo Capitulo.

- OO - SCRIPTA - OO -

AB EO, QUI SUPRA LEGIT VALLISOLETANO CANONICO.

Anno

1655.



De Licentia Dñi Decani, & Illustrissimi Capituli Sede Vacante;  
ANGELOPOLI; Ex Typographia; Ioannis à Borja, ex Insane.

The first part of the document  
 discusses the general principles  
 of the system and the  
 various methods of  
 application. It is  
 divided into several  
 sections, each dealing  
 with a different aspect  
 of the subject. The  
 first section is  
 devoted to the  
 history of the  
 system, and the  
 second to the  
 theory of the  
 system. The third  
 section is  
 devoted to the  
 practice of the  
 system, and the  
 fourth to the  
 results of the  
 system. The fifth  
 section is  
 devoted to the  
 future of the  
 system, and the  
 sixth to the  
 conclusion of the  
 system. The  
 seventh section  
 is devoted to the  
 appendix, and the  
 eighth to the  
 index. The  
 ninth section  
 is devoted to the  
 bibliography, and  
 the tenth to the  
 notes. The  
 eleventh section  
 is devoted to the  
 errata, and the  
 twelfth to the  
 preface. The  
 thirteenth section  
 is devoted to the  
 acknowledgments, and  
 the fourteenth to  
 the dedication. The  
 fifteenth section  
 is devoted to the  
 title page, and the  
 sixteenth to the  
 frontispiece. The  
 seventeenth section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 eighteenth to the  
 spine. The  
 nineteenth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the twentieth to  
 the endpaper. The  
 twenty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 twenty-second to  
 the title page. The  
 twenty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 twenty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 twenty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 twenty-sixth to  
 the title page. The  
 twenty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 twenty-eighth to  
 the spine. The  
 twenty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the thirtieth to  
 the endpaper. The  
 thirty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 thirty-second to  
 the title page. The  
 thirty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 thirty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 thirty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 thirty-sixth to  
 the title page. The  
 thirty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 thirty-eighth to  
 the spine. The  
 thirty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the fortieth to  
 the endpaper. The  
 forty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 forty-second to  
 the title page. The  
 forty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 forty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 forty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 forty-sixth to  
 the title page. The  
 forty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 forty-eighth to  
 the spine. The  
 forty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the fiftieth to  
 the endpaper. The  
 fifty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 fifty-second to  
 the title page. The  
 fifty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 fifty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 fifty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 fifty-sixth to  
 the title page. The  
 fifty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 fifty-eighth to  
 the spine. The  
 fifty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the sixtieth to  
 the endpaper. The  
 sixty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 sixty-second to  
 the title page. The  
 sixty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 sixty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 sixty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 sixty-sixth to  
 the title page. The  
 sixty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 sixty-eighth to  
 the spine. The  
 sixty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the seventieth to  
 the endpaper. The  
 seventy-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 seventy-second to  
 the title page. The  
 seventy-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 seventy-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 seventy-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 seventy-sixth to  
 the title page. The  
 seventy-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 seventy-eighth to  
 the spine. The  
 seventy-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the eightieth to  
 the endpaper. The  
 eighty-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 eighty-second to  
 the title page. The  
 eighty-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 eighty-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 eighty-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 eighty-sixth to  
 the title page. The  
 eighty-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 eighty-eighth to  
 the spine. The  
 eighty-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the ninetieth to  
 the endpaper. The  
 ninety-first section  
 is devoted to the  
 flyleaf, and the  
 ninety-second to  
 the title page. The  
 ninety-third section  
 is devoted to the  
 preface, and the  
 ninety-fourth to  
 the acknowledgments. The  
 ninety-fifth section  
 is devoted to the  
 dedication, and the  
 ninety-sixth to  
 the title page. The  
 ninety-seventh section  
 is devoted to the  
 back cover, and the  
 ninety-eighth to  
 the spine. The  
 ninety-ninth section  
 is devoted to the  
 inside cover, and  
 the hundredth to  
 the endpaper.

**CENSURA. D. D. IOSEPHI DE GOITIA OYANGV-**  
**ren Angelopolitane Cathedralis Ecclesie Prebendari meritisimi, Tri-**  
**bulnalis Sancte Inquisitionis Noue Hispanie Commissarij digni-**  
**simi, & totius eiusdem Diocesis examinatoris Synodalis.**



**F**ELIX sorte commissum mihi est à Dominis Decano, & Capitulo huius Ecclesie Cathedralis Angelorum populi Sede Vacante ius censoris in Relectionem super, *Deciman quartam distinctionem Magistrj Sententiarum in libro quarto, Luculentius* elaboratum à D. D. Petro Gutierrez Rengel Canonico Valli soletano in Mechocanenſi Prouincia cláro, celebriq; Theolo-

go: & quem iura præscribere censorem, tam absoluti operis merita, imparenti Laudatorem fecerunt. Magna etenim dulcedine me tenuit, & traxit, tam quãdo magisterio graui eam è Cathedra audiri, tam quando eam iterum oculis, & mente iustitiam. Cũ profundissimũ Parisiensem Antistitem adamussim luce noua.

**I**lustrat, & illustrat, eruditione veneror. His accedit in numerãdis sententijs; mirabilibus, in refutandis erroribus, insignis reſolutio; in eligenda, dilucidanda, & corroboranda genuina, & textui consona conclusione, ingenuosa dexteritas: in sol-

uendis aduersariorum nodis, erudita subtilitas; omnia deniq; miro ordine disposita, in quo ingenij acies, elegans eruditio eque elucet. O quam eximium sacre theosophie interpretem, ac Theologum præclarum agere quam præclarum huius operi intexit coronam verbo, & scripto! In ea igitur nihil contra fidem inueni; plura pro fide; aduersus Religionem, & mores nulla; pro Religione, &

moribus, multa satis, & egregia, quæ instruant, quæ delectent, quæ erudiant, & ut vna voce dicam, nihil quod non sit autcum, elegans, subtile, & eruditum. Hoc meum votum, & ut typis mandetur, censeo dignissimum esse opus, ad me-

moriale perpetuum, & ius tanti Doctoris: Nam vt eleganter scripsit Casiodorus: *Quærat eruditus, qui possit existere gloriosus. Prudens frequentiam non respicit hominum, in qua se mouerit esse laudandum. Alioquin virtutibus fama tollitur, si eorum fama inho-*

*minibus non sciat.* & ad studiosorum exemplar, quod sibi in efformandis relectionibus imitandum proponant. Pulehre ad hoc institutum dixit inter Vniuersi: iuris grauissimos Doctores acutissimos Baldus in Proemio, *Decretalium: quem admodum tuus pe est diuiti decedere sine herede: ita miserum habenti gratiam intellectus, posteris, ex studio nihil scripturam tanquam hereditarium relinquere.* In Civitate Angelopolitana die Decima Octava Martij, Anno Dñi 1655.

**D. Iosephus de Goitia**  
**Oyanguren**

**AN.**

**A** Studia te clarior  
uolunt efficiunt. Sen.  
Epist. & Virgilias  
Primum merui, qui  
laude Coronam.

**B** Nihil præstat  
vires quã potest dicit  
do tenere hominum  
mentes impellere quo  
vult Casiod. l. 1. Ep. 5  
C. Bis. & ter q. sul  
chrus est Plato. &  
Gloss in cap. de su  
ma Trinit. in 6. Gloss  
in leg. Moeror. ff. de  
legatis.

**D** Mirat' at' sapientia  
eius Indus. Cap. 5.

**E** Hec dicitur dicitur  
loquere gladi' ex ac  
cut' est, vt sol' de  
lim. 1.º. Bezechus 2.º.

**F** His enim doctri  
nis reſoluitur anima,  
his pinguis fituraf,  
& pinguis fit intellect  
genita.

**Eusebius** D. 2.º. post  
Peteocol.

**Casiod.** lib. 6. Ep. 88.  
Quidius 2.º. fait.

**Fama** manet factipo  
sita velamine curde  
& memorem famã;  
quibone genit' habet

**G** Iariscofult' Ca  
to in legem contra  
Suis fide Pignorth  
ait; fiant' script  
tura, vt q. actũ est  
per eas facilius pro  
bati possit. & Cas  
iodor' lib. 11. Variar' q  
uestionũ est: in fact  
pura humano: ac  
iustitiam fidele testi  
monio, præterito: &  
loquax obliuioni i  
nimica: nã memoria  
nostra, & si castas  
retinet, verba tamẽ  
committit.

**H** Vir peris multos  
erudit. Eccl. 4.

ANGELOPOLITANÆ ECCLESIAE ILLUSTRIS  
 simo ac Reverendissimo Capitulo virtutum ac litterarum exemplari  
 clarissimo; generis amplitudine valde conspicuo, huiusce nobi orbis  
 gloriæ, & vrbis honori: relectior em hanc theologiam in dicem dilec  
 tionis, offert, & refert Licentiatu Petrus Gutierrez Rengel Valtj so  
 letonæ Ecclesiæ in hac Hispania Nova iam diu ad scripto Canonico

Illustrissimum ac Venerabilissimum Capitulum.

**E**N iterum in arenam descendo, non iam dicturus, sed scripturus dontaxat,  
 nō iam preliaturus, sed pralo mādaturus, vt quæ paucis ab hinc diebus re  
 lectio prædilitata voce, quia infirmitate premebor, non a deo facile ad  
 omnes aures peruenit,, eadem nunc typis mandata veitrum ò Vtinam experia  
 tur auxiliū! Qui enim præteritam, licet acerrimam pugnam vestra ope ac  
 præstantissimo tutamine tam strenue <sup>enue</sup> E Cathedra pugnavi, nunc calamo pro gla  
 dio vrens preloque, non pralio innixus, non minus vobis Patronis, ac iudicib⁹  
 super andam aggredior. Vos que vt Herculis olim ( referent Tacito ) Germani  
 in pralum iurū nomen, & nomen in vocabant, securior ergo de euentu, ac  
 certior inuoco de patrocinio. Itaque veluti sub Aiæcis clypeo thetæcer homert  
 cus, Ego sub umbra vestri nominis legens, & scribens validam in hostes Coopo  
 sitores in quam meos dare conabor impresionem vt vos tam palma gloriæ, quam  
 lati auxiliij cedat oratio.

Licentiatu Petrus Gutierrez Rengel.

EPIGRAMA.

A Dño Licentiatu Francisco de Requena Galuez prædictæ Illustrissimæ Angelo  
 politanæ Ecclesiæ Dignissimo Præbendatō composiū in laudem authoris, & operis.

I Doctor genij in clufas difundit gazas  
 I Sere in humano semina docta solo  
 Perge vola Icarij securus in æra lapsus  
 Haud tua Dedalia nititur ala manu  
 Ipse etenim Solus Cælo vestigia figis  
 Et dubiam reuocas certa sub astra viam  
 I Doctor super tollens te præ pete penna  
 Summus in excelsa Palladis arce sede  
 O ! meritos Pallas tibi diuidat arcis honores,  
 O ! foueat Docto Pallas amica tibi  
 Suan loque, Doctus sacramum mysteria pandis  
 Quanta tibi ex vna lumina luce paras  
 Non opus Ergo tibi est; Sapiens dum lumina fundis  
 Laudemæa, viue, & tu tibi plaude tua

Licentiatu Francisco de Requena Galuez

RELE.

CIRCA DISTINCTIONEM 14. LIB.  
quarti Sententiarum.



D Vestram iterum post duodenum expletum  
bellicam arenam descendo, quæ gravissimis  
hisce est congressibus deputata, ut illis pericu-  
lū faciatis eorū, qui sese vobis tentādos objici-  
unt in Sacræ Theologiæ, iurisque prudentiæ  
facultatibus. (Huius Angelopolitanæ Ecclesię  
Illustrissimi Capituli sapientissime pariter, ac prudentissime  
Decane, innumeris nobilitatis, æquitatis, virtutū que ornamenti  
affatim condecorate. Eiusdem Illustrissimi Senatus Patres cons-  
cripti; Gravissimi Cōsiliarij, omnium Sciētiarum Lumina ful-  
gentissima Columina validissima; Nobilissima Imperialis An-  
gelopolitana Civitas, tot velut preciosissimis gemis, quot cla-  
rissimis Senatoribus redimita, Patres Magistri que tū litteris,  
tū Religione, atque virtute præstantes. Doctores, ac Licen-  
ciati sapientissimi, Comillitones mei. Equites perillustres. Re-  
liqua adstantiam clarissimorum virorum florentissima Acade-  
mia.) Ad vestram iterum bellicam arenam descendo, iudices  
integerimi, qui sciētias omnes collitis, & omnibus datis afflu-  
enter, quōmodo vos sciētias animatas appellitē, qui huiusce An-  
gelopolitanæ Ecclesiæ Cipitolium, seu alterum firmamentum  
cælum velut astra radiantia, veluti fulgentissima Sydera exor-  
natis vos invoco viri gravissimi fulgentium fulchrum, ac fun-  
damentum, fulgoris fontes, & lucis soles, lucidi estis, lucem  
exhibites. Patroni estis, præstate patrocicium, Mecenates estis  
porrigite manum clientis iudices estis, in æquitate iudicate.

Igitur, ut ad meum præsentis cōcertationis institutū perve-  
niam, materies illius est, quā sapientissimus Parisiensis Antistes  
sententiariū Megister nobis tradidit, lib. 4. dist. 14. Hæc. etenim  
utinam secunda, atque felicissima sorte hesternadie mihi cō-  
tigit hodie in gravissimo cōspectu vestro relegēda. Et ut ea qua  
debet, claritate procedam in hoc relegēdi munere, quod interpret-  
tis, nō Rethoris ago, relectiōnē hāc in quatuor dividam partes:  
In I. Magistris sententiariū mentem, maiori qua poterō pers-  
picuitate, & brevitate aponā, ne magis videar textū repetere,  
quam exponere, eoque sic elucidato, primariam, præcipuam,

atque genuinam ex ipsius textus visceribus excitabo agitandam  
questionem, & circa eam propriam sententiam feram, quam ve-  
niam conclusionem perstringam, & Doctorum autoritatibus firmabo.

In 2. parte obiectiones aduersus meum assertum militantes pro-  
ponam, quæ validissimos habent authores, atque Patronos, quos  
suppliciter breuiter recensebo.

In 3. parte aliqua præiaciam notabilia, tã ad exactam defen-  
dendam conclusionem intelligentiam, quam ad facilem argumen-  
torum solutionem valde conducen tia ibi quæ eadẽ conclusionem validissi-  
mis argumentis contra ad versarios insista ac roborata sustinebo.

In 4. denique parte argumentis in contrarium obiectis satisfaciam. Quibus traditis, relectioni meæ finem imponam, feliciter  
utinam ad maiorem omni potestis Patris, sapientis Filij, amatis  
Spiritus gloriam, & honorem: nec non, & purissimæ Virginis  
genitricis Dei, sine labe conceptæ, eiusque sacratissimi Sponsi Io-  
sephi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, viriusque Ioanis  
Baptistæ, & Evangelistæ, sancti Thomæ Aquinatis, Præceptoris  
Angelici, Diuini Antonij de Padua, Vicentij Ferret, Sanctæ  
Agnetis à monte Policiano, Sanctissimorum Patriarcharum, Do-  
minici, Francisci, Augustini, & Ignatij, quos ab incerta ætate  
viri Patronos meos, ac tutelares elegi, & in præfati certamine  
benignos inuoco ad futuro: ¶

## PRIMA RELECTIONIS PARS.

**A**CCEDENDO Ad primam nostræ Relectionis partem,  
seu Magistri litteræ expositionem, sic progredior.

**E**Xposito iam à sententiarum Magistro Petro Lombardo,  
Episcopo Parisiense Sacramento Eucharistico, in sex vltimis an-  
tecedentibus Distinctionibus, incipit iam ab hac Decima quarta  
distinctione tractare de Penitentia secundum se, & hoc tam in  
communi, quam in speciali, secundum omnes, quas continet  
partes, & sic procedit vsque ad Decimam octauam distinctionem

Proximus autem accedendo ad hanc decimam quartam dis-  
tinctionem (quæ est præsentis nostræ relectionis materia) distin-  
ctio hæc in quatuor partes diuiditur. In prima docet Magister  
(iuxta magistralem ordinem à Doctoribus traditum, & in scho-  
lis vsu tacum.) Quid sit penitentia? & quomplex sit? In secunda pro-  
ponit.

ponit quendam Hæreticorum Errorem circa penitentiam, & aliquas Sanctorum, & Patrum auctoritates, quibus prædictus error videbatur inniti. Intertertia easdem explicat, & solvit auctoritates. In quarta demum alijs auctoritatibus Magister probat oppositum.

Circa Primum ergo docet noster Magister, quod penitentia deferuit lapsum post Baptismum, ut repaerentur, unde penitentia non abs re dicitur; *Secunda tabula post naufragium*. Sumitur autem Penitentia, & pro virtute, quæ est pænitiæ interior (de qua in presenti agitur distinctione) & etiam sumitur pro Sacramento quod est penitentia exterior.

Circa secundam partem refert Magister errorem illorum qui dixerunt, quod pænitentia non fuit vera si post illam actam iterum quis delinquat, nam si fuisset vera pænitentia, ne utiquam peccaret graviter. Ad quem errorem fovendum videntur facere quædam testimonia, male tamen ab hæreticis intellecta: nimirum Sancti Isidori, sancti Augustini, sancti Gregorij, & etiam sancti Ambrosij, etenim Isidorus dixit: *Irrisores est, & non pœnitens qui adhuc agit, quod pœnitet*. Magnus autem Patens Aurelius Augustinus inquit: *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coïgnat nihil possunt lamenta, si replicantur peccata nihil valet veniam a malis poscere, & malia denno iterare*. Item Divus Gregorius *Qui commissa plangit, nec tamē deserit, pœne graviori, se subijcit*. Et Demum Mediolanensis Antistites Sævus Ambrosius. *Reprehenditur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, nam si veram pœnitentiam in Christo acceperent, iterantia postea non putarent quia sicut unum lapsum, ita, & una pœnitentia*.

Circa tertiam partem solvit Magister, prædictas Sanctorum auctoritates, ille autem irrisor est, & non pœnitens (ut aiebat Isidorus) qui sic commissa plangit, ut plangenda voluntate, vel opere committere non desinat sicut mutatur voluntate, & propositu, vel re pœnitet, licet postea iterum de facto ex infirmitate labatur, vocat autem Augustinus inane m pænitentiam quam sequens culpa coïgnat, quia caret fructu adipiscendæ salutis, mortificatur enim per Peccatum pænitentia prior, licet si iterum pœniteat, reviviscat. Nec sane dubium imo verum est quod docet Divus Gregorius quod ille qui commissa plangit nec tamē deserit pœne graviori se subijciat, quia ni mirum post lacrymas reperit que stebit nec relinquit voluntatem peccandi. Quod vero dicit

Divus Ambrosius tantum unam esse penitentiam loquitur tūc de illa penitentia solemani, quæ erat in vñ Ecclēsia, & semel tā, tūm imponebatur, de qua solemani penitentia etiam loquuntur Divus Augustinus, & Origenes, quando cūque dicunt semel concedi in Ecclēsia.

Circa quartam, & vltimam partem affert noster Magister, autoritates Eximij Doctoris, atque Patris Augustini, nec non & Divi Chrylostomi, qui sapissime in suis scriptis repetunt quod peccantibus post penitentiam actam Deus miserè ordinet indulgentiam tribuat, si peniteant, & quod semper Deus sinceram suscipiat penitentiam. Nec propter hoc dicendū est, quod Deus prestat incētivū peccati, sed potius constat quod Deo displiceāt peccata, quando quidem toties Deus illa distulit: alioquin postquam quis peccavit, frustra se exerceret in bonis operibus, sed vitam voluptatibus plenam posset agere: & David vere penitentiam exemplar post commissum ad vltimū peccatum, iterum lapsus fuit in peccatum numerando populum, & nihilominus a Deo veniam sibi impetrauit. Quādo autem dicit genitū Apostolus, quod voluntariē peccantibus non relinquitur alia hostia pro peccatis, intelligendus est ita, ni mirum quod non relinquitur secundus Baptismus, bene tamen relinquitur penitentia, quæ est circa illum locum Apostoli explicatio Chrylostomi studiosi admodum Epistolarum Apostoli.

Hæc est (viri grauisissimi) Elucidatio brevis, perspicua, atq̃ genuina pro littera nostri Magistri in hac distinct. 14. libri quartæ sententiarum quæ nimis felici sorte contigit explicanda.

Circa hanc distinctionem, nunc primariam, principalem, & ex visceribus nostri textus pullulantem quæstionem excito (non à longe petitam, non aliqua violentia deductam, sed quam in meditate post elucidatam Magistri litteram in hac decima quarta distinctione excitauerunt. Tam primo ex Dominicana Guzmanorum Familiâ, communis omnium Magister Scholarum, lumen indeficiens predicatricis Religionis immortalis gloria Angelicus Preceptor Divus Thomas, tam in librū quartū super hanc ipsam decimam quartam distinctionem q. 1. articulo primo & q. 2. & 3. quam 3. p. q. 85 vbi tractat de specialitate virtutis penitentia, citat que ad marginem Magistrum nostrum. Sententiarum in hac decima quarta distinctione



Ex libro quarto sententiarum, Capraolus item Dominicanus & nouissime Reuerendus admodum Pater Theologiae Magister Frater Ioanes à Sancte Thoma, in Complutensi Academia Cathedra Vespertinae Theologiae moderator. Tum secundo ex litteratissima Franciscana familia Seraphicus Doctor Diuus Bonauentura, circa hanc eandem dezimam quartã distinctionẽ art. 1. q. 1. tum 3. ex religione Benedictinorum sapientissimus Magister frater Antonius Peres in Salmaticensi Academia celeberrimus in sua Salamacia laurea, & ex praclarissima Societate Iesu bonarum disciplinarum magister atque Magistra litteratissimus Pater Ioannes Martines de Ripalda in Salmantiensi Academia Theologiae publicus professor super hanc eandem decimam quartã distinctionem Magistri sententiarum in suo libro quarto. Quæstio autem satis in scholis ventilata, illa est: *An penitentia virtus sit specialis vtriusque a reliquis virtutibus condistincta?*

Et ut circa questionem adeo grauem, & cum nostro textu adeo coniuuctam, meam in medium sententiam preferam, illã hac vnica excipite conclusione: *Penitentia virtus est quaedã specialis virtus vtriusque. Et a thoma condistincta a reliquis.* Hanc conclusionem traddunt, docent, acriter que defendunt contra impugnatores Antesignanus omnium Magister noster sententiarum in hac presenti decima quarta Distinc. Sãctus Bonauentura, Angelicus preceptor. Quibus adiungitur Ioannes de Medina Codice de penitentia, q. 1. articulo. ad quartum, Magister Canus secunda parte relectionis de penitentia. Magister Sotus in hac eadem decima quarta distinctione, q. 1. art. 2. Eminentissimus Cardinalis Robertus, Bellarminus, 2. de penitentia, c. 7. Pater Grede Valencia: tomõ 4. ad 3. p. disp: 7. q. 2. punct. 1. Pater Gabriel Vasquez ad 3. p. q. 85. art. 3. Pater Gaspar Hurtadus, disp. de penitentia, difficultate quarta, & alij Thomistæ, ac recentiores Doctores, & hucque processit prima nostræ relectionis periodus.

**SECUNDA RELECTIONIS PARS:**

**D**E VENIENDO Ad secundam relectionis partem in qua promissi argumenta contra nostram Conclusionem militãti proponere, vt stem promissis.

Primum argumẽtũ Scoti cõtra nostrã cõclusionẽ insurgit satis va *Primum Argu- ment. Scoti*  
 lide subtilissimus Doctor Scotus pro sua sententia, in qua defendit *ment. Scoti*  
 quod

*Penitentia pertinet ad multas virtutes, videlicet ad Iustitiam vindictam, seu quod dicitur esse, punitionem, & etiam ad aliquas virtutes appetitivas, & ita in sua argumentatione procedit Scotus. Primarius penitentiae effectus est Detestatio peccati: atqui adhuc effectum requiritur multae virtutes, ergo penitentia virtus non est quaedam specialis virtus viciniam, & a hominibus a reliquis condistincta sed pertinet ad multas virtutes. Probatum minor. Quia ad illius effectum penitentiae, qui est detestatio peccati requiritur, tum primo ab utraque parte voluntarie, & patienter tolerare, quod pertinet ad virtutem iustitiae punitionem, & etiam ad alias virtutes morales, siquidem est maxima difficultas in appetenda, & adumenda voluntarie aliqua pena, tum secundo ad praedictum effectum praerequiratur charitas cuius est proprium detestari malum contra Deum commissum tum tertio praerequiratur virtus illi peccati commissu opponitur, haec enim virtus debet nisi contra expulsionem peccati, tum quarto, & ultimo praerequiruntur omnes quia nimirum proprium virtutis est iuvare se ad iuvare, ergo illa minor, vera est ad detestationem peccati requiritur multae virtutes. Ergo peccatum dicitur in nostra Conclusionem, quod penitentia virtus, est quaedam specialis virtus viciniam, & a hominibus a reliquis condistincta, & per consequens contra illam nostram illam Conclusionem.*

Quarta ratio  
 tati, Scotus  
 hoc argu-  
 mento.

Hac in iustis ratione Scotus in hac distinctione Decima quarta, §. De re iudici titulo 15. de secunda conclusionem assignat quatuor actus concurrentes ad effectum penitentiae. Primus actus est velle punire peccatum, & hic primus actus (inquirit Scotus,) quod est actus virtutis iustitiae punitionem. Secundus actus est Detestari peccatum, & hic actus dicitur idem Scotus quod est actus virtutis penitentiae. Tertius actus est velle acceptare penitentiam, & quartus actus patienter sive penitentiam. Qui tertius, & quartus actus pertinet ad virtutes appetitivas.

2. Argu-  
 Durandi.

Secundo contra eandem primam conclusionem insurgit alter non minori subtilitate praeditus, Magister nimirum acutissimus Durandus in hac eadem distinctione nostra decima quarta contra profusa opinione, in qua defendit, quod penitentia est essentialiter, idem quod iustitia, & ita in primo loco suam eformas argumentationem. Virtus ordinans hominem ad alterum in ratione Debiti est proprie iustitia: atqui penitentia, ut manifeste patet ordinat hominem ad Deum in ratione Debiti: Ergo penitentia est iustitia, non specialis virtus, ut dicitur in nostra conclusionem. Ma-

Maiores per se constat: proprium namque iustitie est ordinare res in ordine ad ledendum Debitum: maior claret: quid enim facit penitentia nisi illam Deordinationem, quam peccatum fecit, reducere, & trahere ad ordinationem? Hec autem ordinatio, quam debita sit Deo ex debito iustitie, Auditores quis non videat?

Tertio adhuc viget, & argumentatur Durandus fortiter ad huc defendens, quod penitentia sit iustitia, non vero specialis virtus, ut defendimus, & ita in sua argumetatione discurret de sumpta a quada paritate, inter hominē, & proximū ex vna parte, & inter eandem hominem, & Deum ex altera, & hunc in modum formatur argumentum. Compensatio iniuria, quæ fit proximo, pertinet ad iustitiam: atqui constat, quod non est minus debita Deo compensatio pro offensa illi illata: ergo sicut compensatio, quæ fit proximo, pertinet ad iustitiam, ita etiam compensatio, quæ fit Deo, pertinet ad eandem iustitiam: tunc sic: Atqui per penitentiam nihil aliud fit, quam quædam debita compensatio Deo debita pro offensa illi illata: Ergo penitentia essentialiter idem est quod iustitia, & per consequens neutiquam dicendum est, quod est specialis virtus ultima, & a thoma a reliquis condistincta.

3<sup>o</sup> Argum.  
Durandi

Quarto contra eandem conclusionem ingredi tur strenuissimus in præliis litterarijs purpuratus Magister Caietanus in commentarijs ad tertiam partem Angelici Præceptoris .q. 85. art. 2. pro sua opinione, in qua defendit quod penitentia quantum ad sumptissimum actum qui est compensatio iniurie Deo factæ, reducenda sit ad Sacratissimam virtutem Religionis, & ita suæ orroborat sententiā, quando ad munus aliquod alienius virtutis sufficere deseruire possunt actus alterius virtutis, non est cur vnā secernamus ab alia: tunc sic: Atqui ad omne munus virtutis penitentia sufficentissimi sūt actus virtutis Religionis: ergo non est cur secernamus virtutem penitentia à Religionis virtute, & illā speciale virtutem à Religione condistinctam constituamus. Maior per se patet, minor vero, in qua totius difficultatis caro vertitur, ita fortiter comprobatur. Quis ignoret, quod munus penitentia est compensatio: atqui ad hanc compensationem sunt sufficientes actus religionis: ergo munus penitentia satis per hos actus compensatur. Secundam minorem ita probo quædam versissima, & rarissima enumeratione. Quia ad prædictam compensationem sufficientes displicentia offensa Deo factæ: confessio peccatorum, & subiectio hominis ad Deum, orationes & preces,

4<sup>o</sup> Argum.  
Caiet.

ac tandem actus illi, qui Deo impendunt honorem: atqui omnes isti actus enumerati sunt actus virtutis religionis, ergo ad compensationem illam præstatam à penitentia, sufficientissimi sunt actus Religionis: ergo penitentia virtus non distinguitur à virtute religionis: ergo falso dicitur in nostra conclusione, quod est *quædam specialis distinctio ultima, & a thoma a reliquis distinctio*

3. Arg.  
Caietani.

Quarto adhuc insurgit Caietanus à paritate quadam desumpta *ta ex debito, & ex debito.* Iam me explico Auditores attentas prebeate aures, & mentium vestrarum, politiora acumina huc dirigite. Argumentatur ergo profundus Caietanus ex debito, quod redditur Deo ob beneficium in nos collatum & ex debito quod, redditur Deo ob iniuriam à nobis illi illatam, & ita ad argumentationis formam reducitur paritas, quædo v.g. reddimus Deo debita aliqua ob beneficia, quæ ab illo accepimus, tunc redditio illius debiti non constituit virtutem distinctam à virtute Religionis: Ergo nec etiam quando reddimus Deo debitum propter offensam illi illatam, non debet etiam constituere virtutem distinctam à virtute Religionis. Paritas hæc adhuc videtur à Caietano ex alia paritate certum est apud omnes Iuris prudentes, quod diversæ rationes Debiti non variant diversas species solutionis, Consultite Doctores in materia mutui, & mutui. Si ergo diversæ rationes Debiti non variant diversas species solutionis, cur rogo diversæ rationes Debiti propter beneficia accepta, & debiti pro iniuria illata constituent speciales distinctas virtutes has duas: nimirum penitentiam, & religionem?

Sexto Arg.  
Caietani.

Sexto insistit adhuc Caietanus, qui ut præceptis logicis mirabiliter instructus sic constituit sextam argumentationem. Quando obiectum alicuius virtutis continetur tanquam species sub obiecto alterius virtutis, tanquam sub genere non sunt ut duæ virtutes omnino independentes condistinguedæ tunc sic: Atqui obiectum virtutis penitentiae continetur sub obiecto virtutis religionis tanquam sub genere: Ergo penitentia, & religio non sunt tanquam duæ virtutes condistinguedæ. Probatum minor. Proprium obiectum religionis est reddere Deo debitum, & sub hoc tanquam sub genere quiddam continetur reddere particularia debita: Atqui per virtutem penitentiae redditur Deo Debitum pro peccato: Ergo obiectum penitentiae continetur tanquam species sub obiecto religionis: Ergo penitentia, & religio non debent condistingui ut duæ speciales virtutes.

Seqs.

7

Septimo insurgunt alij grauisissimi Doctores conantes probare q̄  
 penitentia spectat ad speciem virtutis charitatis, & sic pro sua senten-  
 tia argumentantur. Obiectum vnus specialis virtutis non potest per  
 se attingi ab actu alterius virtutis condistincta: at qui obiectum peni-  
 tentiæ per se attingitur ab actu charitatis: ergo penitentia, & charitas  
 non sunt condistinctæ virtutes. Maior, luce meridiana est clarior; mi-  
 nor, in qua rota difficultas versatur: sic eadem luce clarescit. Peniten-  
 tiæ obiectum est offensa Dei per compensationem destruenda;  
 at qui hæc offensa Dei per compensationem destruenda potest per  
 se attingi ab actu charitatis, ergo penitentia obiectum perse attingit  
 tar ab actu charitatis. Probatur hæc secunda minor. Quia charitas  
 est dolere de malo contra Deum, sicut de eius bono gaudere, & proin-  
 de operari in destructionem eiusdem mali, atque offensa Dei: Ergo of-  
 fensa Dei per compensationem destruenda potest perse attingi ab actu  
 charitatis: Ergo non est condistincta penitentia a charitate quã-  
 do penitentia obiectum perse attingitur à Regina omnium virtutum  
 charitate.

*Septimus  
 Arg. grauis  
 minorum Doc-  
 torum*

Octavo Urgent prædicti Doctores comprobando virtutem peniten-  
 tiæ ad charitatis virtutem esse reducendam, & sic argumentatur. Quã-  
 do vna quedam virtus habet ex se, & præstat ex se, quidquid habere  
 potest, & præstat, altera virtus, certum est: quod hæc non est specia-  
 lis virtus ab illa distincta; qua maiore præiacta, facilis patet aditus ad  
 minorem: atqui charitas habet in se, & præstat ex se quidquid potest ha-  
 bere, & præstare penitentia: Ergo penitentia non est specialis virtus  
 distincta à charitate. Probatur minor (in illa etenim stat robur totius  
 argumentationis) In obiecto formalissimo penitentia duo, dumtaxat,  
 reperiuntur; primum habet rationem finis, videlicet *Destructio offensa*,  
 Secundum vero habet rationem mediij; videlicet *Compensatio*: Atqui hæc  
 duo, quæ reperiuntur in obiecto formalissimo penitentia habet chari-  
 tas in se, & præstat ex se: Ergo charitas habet in se, & præstat ex se quid-  
 quid potest habere, & præstare penitentia. Probatur ad hoc vltima  
 minor. Charitas est forma amicitia; atqui ad formam amicitia perti-  
 nent expellere iniurias, & iurgia, & etiam famere media proportio-  
 nata ad expulsionem illarum; siquidem virtus; cui competunt finis: com-  
 petit etiam electio, & executio mediiorum ad talem finem: Ergo charitas  
 habet in se, & præstat ex se quidquid potest habere, & præstare peni-  
 tentia. Quid ergo est causa quod illam in mea vobis tradidit conclusionem,  
 constituerim specialem virtutem vltimam, & a thomam à reliquis  
 con distinctam?

*Octavum  
 Argumentum  
 eorundem  
 Doctorum.*

Nono Contra eandem conclusionem formatur efficax argumentum.  
 Si propter aliquid penitentia esset virtus specialis, maxime quia est  
 virtus compensatiua peccati; atqui hæc ratio non constituit virtutem  
 singularem: Ergo penitentia non est virtus specialis. Probatur minor  
 quia

*Nonum Arg.  
 contrariarum*

quia si illa constitueret virtutem singularem, sequeretur, quod in Xpo Dño fuisset vera penitentia, quando quidem fuit in Christo Domino compensatio vera pro culpa; quod est absurdum.

*Decimum  
Arg. adver-  
sarioram.*

Decimo, & ultimo arguitur contra eandem nostram conclusionem. Actus potissimus, & primus cuius cunque virtutis est electio boni, secundarius autem est fuga à malo: atqui potissimus actus penitentiae est desertio mali, qui est actus secundus virtutis: Ergo talis actus non constituit aliquam specialem virtutem, sed pertinet ad virtutem illam, ad quam pertinet prosecutio boni, quae est primarius actus virtutis.

Et si respondeas: quod primarius actus penitentiae non est desertio mali, sed potius prosecutio, qua prosecutione volumus operari in destructionem peccati;

Contra est validissima replica. Volitio exterminandi malum supponit necessario appetitionem boni, cuius tale malum opponitur; nam nullus moeatur ad destructionem mali nisi propter amorem boni, quo priuat tale malum. Ergo iam praesupponit priorem actum virtutis distincte à virtute penitentiae.

## TERTIA RELECTIONIS PARS.

**A**D TERTIAM Relationis partem accedendo, in qua notabilia praecipue promissi, quae tam ad robor nostrae conclusioni asserendum, quam ad solutiones argumentis praestandas, possint conducere.

*Primum no-  
tabile contra  
modum defedi  
subtilis Scoti*

Primo notandum est contra illum primum modum defendendi Subtilissimi Scoti, quod licet omnes virtutes se ad iuvando aliquomodo concurrant ad aliquem effectum, siue Charitatis, siue Fidei, siue Iustitiae, siue cuiuscunque alterius virtutis, hoc tamen non sufficit, ut dicatur, quod ideo omnes virtutes pertinet ad unam, & eandem virtutem. Patet hoc ab exemplis. Charitas namque, atque Religio egent quam plurimis virtutibus tamquam ad iustitias, & fororibus ad exercitia sua, & nihilominus quis visum somniavit, quod charitas, aut Religio non sint speciales virtutes à reliquis distinctae? Proprium namque est virtutum (ut pote quae inter se sunt maxime connexae) se ad iuvando concurrere sepe ad exercitium illius virtutis, cuius opus moliantur, quod tamen non collit quod illud opus ab illa virtute sub formali specialissima ratione attingatur, & hoc primum notabile facili praestat actum, tam ad intelligentiam nostrae conclusionis, quam ad solutionem argumentorum, quae acutissime ab Scoto fuerunt excogitata.

*Secundum no-  
tabile contra  
secundum mo-  
dum defendendi  
Durandi.*

Secundo notandum est contra secundum illum modum opinandi Durandi, & ut lucem afferamus solutionibus argumentorum eius: quod iustitia proprie sumpta tantum viget interea, inter quae reperitur aequalitas dati, & accepti, unde cum actus penitentiae quantum cunque crescat

non possit equalitatem debiti refarcire, inde est, quod virtus penitentia non est proprie virtus iustitie, ubi enim deficit illud, quod est proprium alicuius virtutis, quomodo illa virtus ad quam tale proprium pertinet potest reperiri? Si ergo equalitas dati, & accepti propria est iustitie, & talis equalitas in actu penitentia quantum cumque crescente non possit reperiri quomodo deficiente equalitate propria iustitie, virtus penitentia confundi poterit cum iustitia?

Tertio contra eundem opinandi modum Durandi prenotandum est quod ad rationem eiusdem iustitie, non sufficit ut cunque ordinate hominem ad alterum in ratione debiti, sed debet ordinate illum in ratione debiti equaliter persolvendi. Constat hoc manifesto exemplo Nam propter hanc rationem satisfactio civilis homini facta, potest esse actus iustitie perfecta, quia ordinat hominem ad alterum hominem in ratione debiti equaliter persolvendi quod aliter contingit in compensatione facta ab homine ipsi Deo pro culpa, quia nunquam ordinat hominem ad Deum in ratione debiti equaliter persolvendi.

Quarto ut claritatem demus tam nostre conclusioni, quam opinioni Caietani defendentis penitentiam reducendam esse ad virtutem religionis summo per quarto prenotandum duxi quod inter virtutem penitentia, & Religionis virtutem aliq̄ sunt differentie omnium aduersione dignissimę. Prima differentia sumitur Ex fine finis namque proximus Religionis est *cultus Dei* qui est communis sanctis: actus proximus penitentia est *destruatio peccati* qui finis tantum est proprius hominis peccatoris: nam sancti non indigent penitentia, pro illo peccato quod non habent. Secunda differentia est quod virtus penitentia, & virtus Religionis respiciunt actus humanos sub alia, & alia ratione formalis. Siquidem penitentia respicit illos ut destructiuos peccati, Religio autem tanquam media consona ad cultum, & honorem Dei: & licet ex compensatione peccati sequatur honor Deo, is tamen honor non est perse intentus, sed tantum consequenter sequitur.

Quinto prenotandum est contra illum quartum opinandi modum Doctorum, qui reducebant penitentiam ad charitatem: quod obiectum penitentia habet diuersum motiuum, difficultatem & laudem ab obiecto charitatis: motiuum naque obiecti charitatis est Dei bonitas prout sic; motiuum autem obiecti penitentia est Dei offensa prout sic. Preterea media charitatis faciliora sunt, atque honorabiliora quam media penitentia, & quam actus penitentia, cum actus penitentia sint durissimi, atque seuerissimi. Cum ergo ratio motiui, & ardui, & laudabilis sit ratio constitutiva virtutis, sequitur quod si hec est alia in penitentia virtute a virtute charitatis, quod etiam sit alia virtus.

Quibus prenotatis insistendum est in nostra proposita conclusione, quam sic corroboro sequentibus validissimis argumentis.

Primo ergo probe illam meam conclusionem, & arguor contra illam

*Tertium notabile contra eundem secundum modum defendendi Durandi.*

*Quartum notabile contra tertium modum opinandi Caietani.*

*Quintum notabile contra quartum modum opinandi aliorum Doctorum.*

*Primum pro nostra conclusio*

3  
fione Argu-  
mentum con-  
tra Scotum.

illum modum defendendi Scoti afferentem, quod penitentia pertinet ad multas virtutes, & argumentor sic. Actus penitentia supra assignati nulli alteri virtuti conveniunt, ut constat ex supra dictis intoto discursu huius relectionis: atqui ex hoc aperte colligitur quod sit specialis virtus distincta a reliquis virtutibus. Ergo minus bene affirmavit Scotus quod virtus penitentia pertinet ad multas virtutes.

Secundū pro  
nostra conclu-  
sione Argu-  
mentū contra  
Durandum.

Secundo meam probō conclusionem argumentando contra Durandum qui ut supra dixi, assererat, quod penitentia est essentialiter idem quod iustitia, sic autem argumentationem conficio iustitia relucet inter ea, inter quae reperitur equalitas dati, & accepti: atqui actus penitentia quantum cunque crescat, non potest equalitatem debiti resarcire veparet ex supra dictis, ne eadem iterum reperamus: Ergo virtus penitentia nequaquam est proprie virtus iustitia.

Tertium pro  
nostra conclu-  
sione Argu-  
mentū contra  
ira Caietani

Tertio probō meam conclusionem contra tertium dicendi modum Caietani qui ex istimavit quod penitentia esset reducenda ad virtutem Religionis, & sic efformo argumentum. Per Religionem stricte profitemur Dei excellentiam, ipsum Deum colendo, ut sit per adorationem, per sacrificium, per orationem, per votum, per iuramentum: atqui per actus penitentia non profitemur stricte excellentiam Dei ipsam stricte colendo, quia displicentia, qua nobis displicet offensa Dei per peccatum illata, & intentione satisfaciendi pro illa, quae sunt actus penitentia non colimus stricte Deum, neque illum ut excellentem recognoscimus, & respicimus, sed tantum ut offensum. Ergo actus penitentia nequaquam ad Religionem reduci debet.

Quartū pro  
nostra conclu-  
sione Argu-  
mentū contra  
alios Doct.

Quarto corroborō meam conclusionem contra quartum illum modum sentiendi reducendum penitentiam ad charitatem, & sic arguor. Si charitas coincideret cum penitentia, non solum opporere ut exequereur omne id quod penitentia exequitur, sed opporere quod illud exequeretur sub eadem ratione formali, scilicet sub ratione compensationis, nam haec est ratio potissima penitentia: atqui repugnat quod charitas ita exequatur haec opera, quia cum eius ratio sit indivisibilis, & semper eadem, si semel respiceret, opus sub ratione compensationis semper illud ita respiceret ex quo sequeretur quod charitas ab intrinseco presupponeret debitum contractum per culpam, quod tamen est plusquam falsum: Ergo virtus penitentia non pertinet ad charitatem.

Quintū pro  
nostra conclu-  
sione Argum.

Quinto, & ultimo meam probō conclusionem. Peccatum impententia ut sit nulli virtuti opponitur directe nisi virtuti penitentia dumtaxat, licet enim alijs virtutibus distinctis a penitentia opponatur non tamen directe opponitur eis neque alicui illarū opponitur singulariter: atqui speciale peccatum debet repugnare speciali virtuti ergo si peccatum impententia non opponitur specialiter alteri virtuti, nisi solum virtuti penitentia sequitur manifeste quod virtus penitentia sit virtus omnimodo specialis a reliquis virtutibus distincta.



# QVARTA RELECTIONIS PAR<sup>9</sup>S.

**A**CCINGO me iam ad imponendam ultimam manam, atque coronidem nostræ relectioni, in qua brevitate, & claritate, qua huc vsque processi satisfaciam argumentis incontrariis propofitis.

Ad primum argumentum, subtiliter sane, excogitatum ab Scoto; **R**espondeo: quod illud, quod est proprium penitentis, scilicet operari in destructionem peccati media compensatione; Hoc non attingunt reliquæ virtutes. Quæ autem omnes illæ virtutes prærequirantur ad actum, & effectum penitentis hoc non tollit: quod ipsa penitentia sit specialis virtus, propter rationem specialem: qua in suum obiectum tendit, quæ specialis ratio non reperitur in ceteris virtutibus à penitentia distinctis.

*Responfo ad Subtilissimū Scotum.*

Ad secundum argumentum Durandi: **R**espondeo, distinguendo illam maiorem nimirum: Quod virtus ordinans hominem ad alterum in ratione debiti est proprie iustitia. Nam ordinans ad alterum in ratione debiti, ut cunque per solvendi, nego: Ordinans ad alterum in ratione debiti æqualiter per solvendi, Concedo. Unde cum ( ut dixi intertia meæ relectionis parte notabili tertio) penitentia in compensatione, quam facit Deo pro culpa, nunquam ordinet hominem ad Deum in ratione debiti æqualiter per solvendi; hinc est quod proprie loquendo non sit iustitia, ut cõtendebat Durandus, siquidem ut prænotatum est: ad rationem iustitiæ proprie requiritur ordinare hominem ad alterum in ratione debiti æqualiter per solvendi.

*Responfo ad Duradū.*

Ad tertium eiusdem Durandi argumentum. **R**espondeo concedendo maiorem, & negando consequentiam. Disparitas autem stat in hoc: nam satisfactio civilis homini facta potest esse actus iustitiæ perfectæ; propter æqualitatem: compensatio vero quæ fit Deo pro culpa non potest habere talem æqualitatem.

Ad quartum argumentum Caietani: **R**espondeo: quod tantum probat: Virtutem Religionis suppeditare actus idoneos ad penitentiam, ut etiam liberalitas sub ministrat actus idoneos ad virtutem charitatis; Ex quo tamen non sequitur charitatem esse virtutem liberalitatis.

*Responfo ad acutissimū Caietanū*

Ad quintum argumentum eiusdem Doctoris, de debito, & debito, **R**espondeo: Quod non est virtutis Religionis: Solvere Deo debita prout sic; Sed solvere debita contracta propter beneficia accepta; hæc autem ratio est satis diversa à ratione debiti contracti per iniuriam illatam, sicut est longe alia diversa ratio: *Debiti ad Patrem prout sic,* à debito eiusdem filij ad Patrem eundem prout à se offensum.

Ad sextum Argumentum eiusdem Caietani quod procedebat ex Principijs logicis, **R**espondeo: quod ratio debiti ut sic non est obiectum Religionis, sed ratio debiti prout contracti propter beneficia accepta à Deo, & ideo non cadit sub illo debito penitentis.

*Responfo*

Ad septimum Argumentum aliorum Doctorum, **R**espondeo fatendo liben-

ad Argumē-  
ta aliorum  
Doctorem.

libentissime quod charitas potest exequi omne illud, opus materialiter sumptum, quod penitentia exequitur; nego tamen quod charitas potest exequi illud modo quo exequitur penitentia, Nam penitentia exequitur illud modo compensationis in iuribus illatis; Charitas autem licet exequatur idem opus materialiter sumptum neutiquam sane sub hoc modo compensandi in iuriam.

Hac eadem solutione fit satis argumento octavo in secunda relectionis parte propositio.

Ad nonam Argumentum Respondeo quod penitentia non habet pro obiecto que tuncque peccata; sed peccata propria, & ita Xps Dominus non habuit penitentiam, etiam si habuerit compensationis actum quia currit omni peccato.

Ad decimum, & vltimum Argumentum Respondeo: quod actus prosecutionis tunc tantum potest esse actus primarius alicuius virtutis, quando primario versatur circa rationem formalem obiecti talis virtutis, vt perse est notum, & quia in penitentia virtute studiosa voluntas operandi in destructionem peccati est actus prosecutionis terminatus ad obiectum formale virtutis penitentiae, ideo est primus. ac que potissimus actus illius.

Respondetur  
ad replicam  
pro Argumē-  
to Decimo.

Ad replicam quam ibi addidi, Respondeo: cum Angelo Divo Thoma: quod amor boni qui presupponitur ad volitionem exterminandi peccatum per compensationem non est actus virtutis quia non est circa difficile; nam omnis homo naturaliter est propensus, & facillime ad amandum sibi suum proprium bonum.

Vt autem grauisissimi Doctores literatissimi que Coopositores mei pateantiam campus vestris subtilissimis, difficilissimis que argumentationibus finem dicendi iam facio.

In caput alta meum iacietis tela, sed illa  
Vt spero dicam quod peperere rosas.





